

h. ii, 18.

X 23A 6898

IIa
590

SOLLEMNIA FRIDERICIANA

AD

SUBIECTISSIMI CVLTVMOBSEQVII

TRIBVS **FRIDERICIS** SAXONIAE OPTIMIS MAXIMIS
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO SARMATARVM REGI
ET PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE

FRIDERICO AVGVSTO

PATRI PATRIAEC AC DOMINO LONGE CLEMENTISSIMO

ITEM QVE

SERENISSIMO CELSISIMOQVE SAXONIAE
PRINCIPI REGIO

FRIDERICO CHRISTIANO

DOMINO AC PRINCIPI INDVLGENTISSIMO

NEQVE MINVS

SERENISSIMO PRINCIPI IVVENTVTIS AC DVCI
HAEREDIQVE SAXONIAE

FRIDERICO AVGVSTO

DOMINO AC PRINCIPI CLEMENTISSIMO

SVBMISSISSIME DECLARANDVM

d. V. MART. c. 10 cc LIII

IN GYMNASIO GORLICENSIS CELEBRABVNTVR

QVAM PANE GYRIN

HAC TABVLA

INDICIT

DE

LITTERATVRA HEROICA

PAVCA PRAEFATVS

FRIDERICVS CHRISTIANVS BAVMEISTERVS

AVGVSTI GYNNASII GORLICENSIS RECTOR

GORLICIL EX OFFICINA FICKELSCHERERIANA.



SOTTEMINU LUDWIGI CIRCUIT

AD

SARTICISSEMPATRATUM QUESCANT

LUDWIGI SAXONIE OPTIME MARCH

SERENISSIMO AC CONSOLIDISSIMO SARTMATHIENSIS
ET PRINCIPALIS OTTONI SAXONIAE

ERIDERIC AVASTO

PATRI PATRIAE DOMINI LONGE CENSUSTRIMO

ITEM 64

SERENISSIMO CELSISSIMO SAXONIAE
LUDWIGI REGIO

ERIDERICO CHARTANO

DOMINUS LUDWIGI CLOTHIENSTRIMO
SERENISSIMO IMPERATORI ET ROMAG
HABENDO SAXONIAE

ERIDERICO AVASTO

DOMINUS LUDWIGI CLOTHIENSTRIMO

SARTMATHIENSIS DECREEVANDE

EN 1626

IN GYMNASIO CORIFICORIS CLOTHIENSTRIMO

QAVM PAMPHYLIN

HAC TATE


1626

LUDWIGI SAXONIE

LIBERATIONE CHRISTIANAE HABENDA

ALERE SAXONIAE CLOTHIENSTRIMO

CLOTHIENSTRIMO CLOTHIENSTRIMO





F RIDERICI nomine in fastis insignitur crastinus
dies, quem, saxonibus auspiciatissimum, quanta fieri
potest religiosissima celebritate peragere, nos iubet
pietas, iubet sanctissimi cultus obsequii.

Hic dies, SOLLEMNIBVS REGIIS sacer, populum Sa-
xonicum, AVGSTO AVGUSTISSIMO parendi lege sub-
iectum, tanta perfundit voluprate, quanta, cum summa est, esse
solet.

Hic dies, dici non potest, quantopere ciuium animos, com-
munis gaudii impletos sensu, et FRIDERICI nominis exci-
tos ueneratione, ad plausus, ad uota, ad piam congratulationum
aemulationem incitet atque impellat.

Quanto enim quisque ciuium uerius iudicat, Regia salute,
Domusque Regiae splendore et incrementis singulorum reipublicae
ordinum contineri incolumentatem, tanto, ut semper alias, ita hoc

uel maxime die, laetatur impensis, Potentissimi ac Serenissimi Poloniarum Regis ac Saxoniae Principis Electoris, FRIDERICI AVGUSTI, Patris Patriae ac Domini nostri Clementissimi felicitatem quadam propitii fati indulgentia, aut diuino potius munere, aduersus incertos funestosque turbidioris fortunae casus, muniam adhuc fuisse et muniri.

Non minori laetitiae pietatisque stimulo excitatur, et excitata gaudii, quo impletur, sensum hodie testiorem facit Saxonia, Serenissimi Celsissimumque Saxoniae Principis Regii, FRIDERICI CHRISTIANI, Domini ac Principis longe Indulgentissimi, prosperitatetam excelso dignam loco, splendoremque, nouis in dies incrementis auctum, proprius contuita, contuendoque admirata.

Redit denique, redeunte laetissimo hoc, et ex omnibus diebus, quos per totum annum uidere contigit, iucundissimo die, redit, inquam, salutis gloriaeque Saxonicae amantissimus quisque, et redit, incredibili cum uoluptate, in memoriam Serenissimi Principis ac Ducis Haeredisque Saxonie, FRIDERICI AVGUSTI, quem pluribus, quam in aetatulam istam cadunt, dotibus animi, ingeniique suavitatibus cumulatum nemo cogitat, quin aspicere gestat, nemo aspicit, quin, Ipsum unico sui aspectu omnes omnium Saxonum caritates complexum esse, fateatur.

Tot igitur, tamque iustis laetandi gratulandique caussis hodierna luce cumulatis, quis est Saxonum, recte sentientium, qui non DEO immortali pro conseruato Rege, pro Principe Regio, pro Principis Regii Filio, tribus FRIDERICIS Saxonie Optimis Maximisque, maximas agat, maximas habeat gratias, uotisque, pro DOMO REGIA religiose suscepitis, hodierni diei celebritatem prosequatur.

Quo plausu, festisque gratulantium uocibus dum uniuersa personat Saxonia, sit, ut Lusatia, et, quas Lusatia fouet, Musae, igniculis pietatis, dudum animo conceptis, inflammatae, quiduis potius, quam communis gaudii carere sensu, uideri malint.

Audent

Audent ergo cum Saxonum, quibus nullo obseruantissimi cultus, nullo laetitiae singularis genere concedunt, gratulabundis uocibus suas confociare. Audent, VESTRIS aduolutae genibus, FRIDERICI, Fridericorum, quos orbis colit, omnium Clementissimi, VOS, tanquam turelaria diuinae humanaeque sapientiae Numinia, contueri proprius et uenerari, diem FRIDERICIANVM pia subiectissimaque gratulatione celebratura.

Publici gaudii pietatisque, submississime declaranda, partes suscepit Gentilitio splendore, ingenio, rarisque et admirandis animi dotibus Perillestris Iuuenis,

Carolus Dettlev Comes ab Einsiedel,
Illustrissimae Einfiedelianae Domus Flos, et Gymnasi nostri Ornamentum, qui follejni, et ad AVGVSTAE MAIESTATIS uenerationem composita, oratione subiectissimam gratulationem complexurus, latine ex promta memoria dicet de Litterarum flore, ex Principum clementia oriundo. Nihil sibi honorificentius contingere potuisse existimat Illustrissimus Comes, quam quod sibi licet esse tam felici, primo industriae docilitatisque specimine, REGIAE DOMVI obsequiosissimi cultum officii comprobare.

Pari laetitia et pietate ad uota pro REGIA salute nuncupanda commoueri se sentiunt Iuuenes Generosi, et majorum gloria generis, que antiquitate incluti,

Ludouicus Albrecht Leopold. de Kanitz, Equ. Luf.
qui, Oden gratulabundam teutonicam recitaturus, submississima pietatis testificatione demonstrabit, amorem populi esse ualidissimum imperii monumentum.

Fridericus Guilielmus de Vchteritz, Equ. Lusat.
Oratione Gallica diem, FRIDERICI Nominis celebritate festum, Saxonibus Lusatique auspiciatissimum illuxisse, ostendet, demonstrabitque, Imperantium virtutes multum adferre adiumenti ad salutem publicam.

Andreas Gottlob de Eicke, Equ. Lusat.

declamatione, patro confessa sermone, libertatem sub legibus explicabit, uota pro REGE publicaque salute persoluturus.

Quos quidem oratores, perillustri ac nobili oriundos loco, nullus dubito, religione animi ita esse defuncturos, ut his ingenii pietatisque speciminibus ostendant, se iis in Gymnasio nostro artibus excoli et poliri, quibus nobiles, illustrique orti genere, ad splendidiora reipublicae munia obeunda sint praeparandi. Quae sit uero docendi, quae sit discendi ineunda ratio, si Nobiles, Procerumque filii, et ipsi adeo Principes, ad uitae decus humanitatem que erudiendi, utiles reipublicae euadere debeant, id ex iis, quae de LITTERATVRA HEROICA, occasione hac peropportuna data, paucis dicam, intelligetur.

Hanc primam legem in studiorum cultura sanciri vult ratio, ut, quas suo quisque uitae generi, ingenio, dignitatique uidet esse convenientissimas, scientias vel in primis colar, diligentiusque pertraet. Quamuis enim omnes disciplinae, quae liberalioris doctrinac continentur ambitu, magno sint usui, magno adiumento, cum ad intelligendi vim perficiendam, tum ad mores rite conformandos, dubium tamen non est, quin, quemadmodum ex pluribus, quae proponuntur, bonis deligi solent optima, ita id demum, quod maxime deceat, et cuiusque usibus plurimum inseruat, studiorum genus, delectu prudenter habito, ceteris sit preferendum.

Neque enim omnibus omnia conueniunt, sed dispar uitae ratio disparis postulat scientias, et, ne quid humano generi ad felicitatem desit, diuersa munia, quibus reipublicae consultur, diuersis administrari studiis uolunt Numinis, rebus humanis propitiis, prouidentia.

Intelligitur ergo, quid sit, quod ii, qui ad capessendam rem publicam praeparantur, quique, nobili ac perillustri loco oriundi, in aula praeципue, amplioribusque reipublicae muneribus, clarius exsplendescere, dignitatesque eminentiores cum laude tueri uolunt,

quod

quod, inquam, in aliis omnibus artibus, et alia omni ratione, insti-
tuendi sint, quam quibus, quoue modo solent erudiri ii, qui uel hu-
mili educantur cultu, uel, sortis mediocritate contenti, litteris ita se
dedunt, ut ad eas referant cuncta, plurisque putent, sapientis perfui-
otio, quam, in excelsa dignitatis amplitudinique loco, negotiis
reipublicae ac turbis ciuilibus iactari.

Quod paeclare Seruui Tullii exemplo docet Liuius, quem, ait,
iis fuisse eruditum artibus, quibus ingenia ad magnae fortunae cul-
tum excitentur.

Est nimirum Heroica quedam litteratura, sunt quaedam togae
bellicque artes, quibus Principum, moderando populo praeſicien-
dorum, animi excolendi sunt, quibusque carere tanto minus
possunt sacri ciuilisque ordinis Proceres, Principibus proximi,
quanto amplior earum est usus, cum uel de bello, uel de pace, de
foederibus, legibus, aliisque grauissimis totius imperii negotiis con-
fultandum est.

Procuratio reipublicae, Imperantiumque et Purpuratorum, qui
~~at Imperantibus in consilium adhibentur, litteratura non humaniorum~~
artium, non subtilitatum, quarum in umbratico uiuendi genere ali-
quis esse potest usus, non argutiarum, non otiosae disceptationis,
conclusunculis, varie contortis, impeditae, adiumenta desiderat,
sed omnis eius laus actione continetur, continetque ipsa ex optimis
naturae ueritatisque exemplis petita paecepta, quibus uitiae ciuilis
usus moresque dirigi possint et conformari, nec modo bene ui-
uendi, uerum quoque consultandi bene, beneque imperandi pae-
ſidiis est instruata.

Quae uero sunt illa paeſidia? Ecquae artes, quibus ingenia
ad magnae fortunae cultum excitantur? Hic ego parum uerecunde
facere uideri possem, si, has, nec alias, litteras, tanquam lege aliqua
cogente, Principibus et Illustri ortis loco, iisdemque ad splen-
didissimas dignitates exspectatis, discendas esse, affirmare uelim.
Indicabo ergo, quanta maxima potero breuitate, quibus studiorum
generibus Principes, Principumque administri et Proceres reipubli-
cae

cae delectari maxime, maximeque in expediundis gravissimis quibusque negotiis domi forisque soleant adiuuari.

Heroicae litteraturae, si quaeras, apparatus instruitur florentiorum peritia linguarum, Gallicae maxime, cuius quemadmodum, ut nunc sunt tempora, magna esse solet commendatio, in aulis praeципue, politiorique uitae, elegantius exulta, consuetudine et usu quotidiano, ira negari non potest, huius linguae amoenitate, tanquam condimento, disciplinarum grauissimarum asperitatem ita molliri, ut Principum Heroumque illustrium filii, a studiis seuerioribus fastidio et fatigatae nonnunquam abalienari soliti, ad utilissimos quosque libros legendos facilis suauiusque inuitentur. Haec enim Gallorum dos est, ut doctrinae seuerioris studium ingeniosa festinitate leniant, et, quicquid scientiis inesse putatur horridum, id orationis elegancia, tanquam flore quodam, conuestiant. Gallicae adiungitur Italica, qua uti uideas Principum Purpuratorumque plurimos, quasi domestica. Neque Anglicana, interioribus scientiarum adytis recludendis aptissima, negligitur.

Quin etiam Latinam, quae in scholarum umbraculis, quam in aula, rectius dominari potatur, hanc, inquam, linguam, historia teste et experientia, tanti aestumarunt, aestumantque imperantium plurimi, heroique orti sanguine, ut, praeter eam, nullam aliam excelsitati principis, locique, in quo constituti sunt, amplitudini rectius conuenire arbitrentur.

De vernacula quid dicam, cuius, quis est, qui patriam amat, quem suppudere possit?

Cultiorum scientiae linguarum additur eloquentia, non declamatoria illa et umbratica, sed ciuilis, sed Principis digna fastigio, sapientiaeque instructa nervis. Quae tanto minus Principum personam excellentiamque potest dedecere, quanto maiorem in omni uita actuque ciuili adfert usum ad urbes consilia regendas, fundandas legibus, emendandas iudiciis.

In primis ii, quibus contigit, tam ortu et generis nobilitate, quam splendidissimis muneribus proximum a principe tenere locum,

ii, inquam, uel in consultationibus, uel negotiis cum exteris contrahendis, uel obeundis legationibus tantum ad copiose neruoseque ac grauiter dicendum debent esse instructi, quantum ad otium gentibus constituendum, dignitatem imperii conseruandam, terminos profrendos ualet eloquentia, civilis prudentiae praesidiis firmata.

Firmatur uero et perficitur pragmatica eloquentia cum excellentissimarum quarumque rerum cognitione, tum exemplis, domi forisque claris, quae historia, illa Principum schola, civilisque theatrum prudentiae promit. Historia, quam Heroicæ litteraturae animam recte dixeris, eorum, qui regendae ciuitatis duces sunt, auctorresque publici consilii, mentes ita format, ita instruit, ut, quibus quaque imperia artibus aucta sint, quibus uitiis collapsa, perspiciant, ut, quae medicina partes reipublicae aegras labantesque sanet et firmet, intelligent, ut uirtutum imagines, exemplis expressas, imitentur, id omne contra, quod foedum inceptu, foedum exitu, uident.

Historia, nisi adiunctis geographicis, genealogicis, chronologicis, heraldicis tabulis, languida est, exsanguis, et, uelut uitali spiritu extincta mortua. Non ergo Principes, Principumque amici, qui historiac cultum ad uitac ciuilius usum prudentiamque pragmaticam referunt, sua persona indignum iudicant, uel gentium familiarumque retexere origines, uel situm prouinciarum, imperantiumque aut nobilium insignia imaginesque perspectas habere.

Quibus omnibus si additur philosophia, ex qua sola non minus rerum gestarum commemoratio, quam eloquentia uitam accipit, et, neruis ueluti firmatis, uigorem, quantis, putas, praesidiis salutem publicam stabilitum iri? Nolim uero, eam hic intelligi philosophiam, quae otiosis seruit ingenii, quae quaestiones intricatas, quas nescisse rectius fuerat, proponit, sed eam, quae, Grotii praceptoris instructa, gentium iura, naturae fundamentis constituta, tradit, mores format, prudenterque et honeste uiuendi rationem dirigit.

Eam quoque philosophiae partem amant Purpurati, quae, interioribus naturae recessibus diligentius exploratis, e rebus conditis conditoris contemplatur magnitudinem, tantumque oblectat, quantum prodest.

* *

Mathema-

Mathematum, Architectonices in primis, quantus sit in republica
nus, quantumque peritia muniendi castella, munitaque defendendi
ornet et iuuet Principem, uel unius AVGUSTI II. REGIS Sarca-
tarum, Diui, exemplo potest comprobari. Hic quemadmodum
omnes litteraturae Heroicae thesauros exauferat, ita Phisices Ma-
thematumque scientia nemini, ne solertiissimo quidem sagacissimoque
naturae indagatori, concessit.

Praetereo, quas, par erat, hic copiosius commemorari, Exer-
citaciones equestres, quibus, dubitari non potest, quin, quo magis
excellit aliis Princeps, aut quisquis illustre genus maiorumque glo-
riam splendidis tueri uelit muneribus, quin, inquam, sui hoc facilius
non modo admirabiles concitaturus sit amores, sed corpori quoque
et robur, et agilitatem, cumque elegantia formam imperatoriam
conciliaturus.

Plura adderem, sed instituti ratio me iubet esse breviorem.
Nihil superest, quam ut Senatum ciuitatis nostrae Amplissimum,
omnesque, quibus dies, FRIDERICIANIS SOLLEMNIBVS sacer,
auspicatissimus exoptatissimusque illuxit, ad audiendas orationes,
Numini Maiorique REGIS POTENTISSIMI DOMINI

REGIAE deuotas, inuitem, ut nobiscum uota pro salute pu-
blica nuncupent. P. P. Gorlicl, clb Is cc LIII.
d. iv. Mart.



h. ii, 18.

X 23A6898

II a
590

SOLLEMNIA FRIDERICIANA

AD

SVBIECTISSIMI CVLTVM OBSEQVII

TRIBVS **FRIDERICIS** SAXONIAE OPTIMIS MAXIMIS
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO SARMATARVM REGI
ET PRINCIPI ELECTORI SAXONIAE

F R I D E R I C O A V G V S T O

PATRI PATRIAEC AC DOMINO LONGE CLEMENTISSIMO

I T E M Q V E

SERENISSIMO CELSISSIMOQVE SAXONIAE
PRINCIPI REGIO

F R I D E R I C O C H R I S T I A N O

D O M I N O A C P R I N C I P I I N D U L G E N T I S S I M O

N E Q V E M I N V S

SERENISSIMO PRINCIPI IVVENTVTIS AC DVCI
HAEREDIQVE SAXONIAE

F R I D E R I C O A V G V S T O

D O M I N O A C P R I N C I P I C L E M E N T I S S I M O

S V B M I S S I S S I M E D E C L A R A N D V M

d. V^o M A R T. C I S I O C C L I I I

I N G Y M N A S I O G O R L I C E N S I C E L E B R A B V N T V R

Q V A M P A N E G Y R I N

H A C T A B V L A

I N D I C I T

D E

L I T T E R A T V R A H E R O I C A

P A V C A P R A E F A T V S

F R I D E R I C V S C H R I S T I A N V S B A V M E I S T E R V S
A V G V S T I G Y M N A S I I G O R L I C E N S I C R E C T O R

G O R L I C I L , E X O F F I C I N A F I C K E L S C H E R E R I A N A .

